



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.  
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],  
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1553**

**VD16 B 9605**

Liber VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35634**

differit de officijs fidelium, de charitate inquam in proximos et beneficentia, deniq; de contemptu rerum terrenarum contra auaritiā pro misericordia, deq; usū & abusu rerū terrenarū. Et hæc quidem omnia adumbrat, & oculis quasi contemplanda proponit in parabolis æconomi perfidi, et diuitis epulonis ac Lazari mendici.

## L I B E R VI.

**S**VNT nō pauci homines impij quibus fabulæ ui<sup>a</sup>. Cap. 17.  
Sdentur quæcunq; prædicantur de coelo & inferis,  
ij deinceps nō paucos uenenatis & blasphemis linguis  
suis inficiūt. Dominus ergo consequenter ostendit quām Offendicu-  
grauis sit coram deo offensio. Rursus docet condonare <sup>lum.</sup>  
delicta si qua in te fuerint commissa. Quod cum citra  
fidei beneficium fieri non posset, salutaris protinus de  
fide doctrina subiungitur. Quibus mox adiungit doctrinam de eo ne quid nobis arrogemus, sed omnem gloriā  
tribuamus domino: qui solus purgat nos, & uires suffi-  
cit efficiendi bona opera, quo nomine magnas ipsi gra-  
tias debemus. Id quod in historia decem leprosorū mun-  
datorum quasi oculis cernendum subiecit.

Iam quoniam in tota hac historia frequentissima  
mētio facta est regni dei, significantius de eo differit.  
Deinde adiungitur quid passuri sint qui nolunt credere  
ueruisse regnum dei, Rursus exponitur quæ future sint

E

## EVANGELIVM

in orbe ad finem usq; sæculi turbæ calamitatesq; et quo<sup>d</sup>  
**Cap. 18.** modo se in ihs geram fideles. Vbi uchementer suos ad-  
hortatur ad preces pertinacissimas, pollicens etiā deum  
suos vindicaturū. Et quoniā plures erant qui in scipso  
confidebant, proponit parabolam pharisæi et publicani  
ascendentium in templum, et docet quæ sit uera iustis-  
tia, et quomodo iustificenur homines. Quibus expo-  
fitis erudit quid de salute infantium seniamus: quid  
quisq; boni faciat ut regnum dei possideat: quam diffi-  
cultur diuites ingrediantur in regnum dei: quid præmis-  
paratum sit relinquentibus propter dominum facultas  
huius sæculi, indicat ibidem suis dominus quid ipse  
sit passurus.

**Cap. 19.** Sequitur deinceps cæci illuminati historia, et Zæ-  
chæi illius nobilis publicani uocatio et receptio in gra-  
tiam Christi: quibus erudimur quomodo omnes homi-  
nes illuminentur, recipiantur in gratiam, ac iustificen-  
tur, et quid iustificati operentur, aut quomodo erga  
deum et erga proximos se gerant.

## L I B E R VII.

Christus  
rex & sa-  
cerdos.

**E**XERCVIT munia sacerdotalia dominus ne-  
ster Iesus toto tempore dispensationis sua, præci-  
pue tamen ultimus illis diebus quibus salutem nostram  
moriens